Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uolunt ds nasci de uirgine. ⁊ o. Quatuor modi gene
rationis sunt. primo absq; patre ⁊ absq; matre. ut in adam.
sed alio de solo uiro. ut eua. Tercio de uiro ⁊ femina. ut
cotidie nascuntur homines. Quarto de femina sola qd priui
legium xpo reseruatum est. ut sic mors p femina intraunt in
mundum. ita p femina intraret. qui mortem excluderet.
D. Quare non uenit illo tempore ante diluuium. uel post
diluuium. A. Si ante diluuium uenisset. dicerent ho
mines illi temporis non fuisse necesse eum, ipsi a parentibus
suis omia bona didicissent. qui nup de paradiso exissent.
⁊ a deo ⁊ angelis oma edocti fuissent. Si aut post diluuium
uenisset. dicerent dm noe. ⁊ abrahe locutum fuisse. ⁊ omnia
agenda uel uitanda abeis didicisse. D. Quare non ue
nit tempore legis. A. Si tunc uenisset. dicerent iudei se
copiose a lege instructos. gentiles uero a philosophis ab
unde, ⁊ se edoctos. D. Cur non distulit usq; circa fine
mundi. A. Vt uenit eum intraret. ⁊ electorum numerus
impleret. Necesse q fuit eum uenire qndo uenit plenitudo
temporis. D. Quid fuit illud tempus. A. Quod p
fecit ds ante tempora secularia. scilicet cum iudei magis gra
uari quam releuari uolebant. ⁊ gentiles naturali usu re
licto turpitudinem uitabant. cum neq; sacerdos neq; leuita sub
uenire. Necesse erat ut uerus samaritanus subueni
ret qui semiuiuum uimento corporis sui imponeret. ⁊
ad stabulum supne curie p duceret. D. Quomodo, sine
peccato nasci de massa peccatrice. A. A principio quos
da qui se familiarius colerent de segregauit. de quib;
uirgo quasi linea deducta pullulauit. Que sic olim
uirga arida sine humore floruit. ita sine concupiscentia
mundo saluatorem. D. Qualiter genuit eum. A. Si
ne sordie ⁊ sine dolore. clausa uiri ianua thalamum

86

iii. ms gnandi.

genuit